



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Universitätsbibliothek Paderborn

**Oratio pulchra et elegans de statu clericali Jacobi han  
argentinen[sis] ad clerum spiris habita**

**Han, Jacob**

**[Mainz], [nach 30.IV. 1493]**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31485**





~~721/2~~

J 372.







ERZBISCHÖFL.  
AKADEMISCHE  
BIBLIOTHEK  
LEOSTR. 21  
PADERBORN



**O**ratio pulchra et elegans de  
**s**tatu clericali Jacobi hanar-  
gentinens ad clerum spiritus habita.



© 1911 by the University of Paderborn  
All rights reserved. No part of this publication  
may be reproduced, stored in a retrieval system,  
or transmitted, in any form or by any means,  
electronic, mechanical, photocopying, recording,  
or otherwise, without the prior written permission  
of the University of Paderborn.



**O**ratio Jacobi han argenti  
nensis habita in synodo spirensi ad clerū Anno domini  
D. cccc. xciiij. vltima aprilis habita.

At eaq̄s reuerende spirens̄ antistes: ceteriq̄s p̄stan  
tes dñi et in christo charissimi fratres: optimi cu  
iusdā amici psuastione inductus Inchoatū illud  
orādī munus subire mecū cōstituerā: quāuis quidē tātus  
adolescenti mihi obiectus honor prima facie displicere nō  
potuit. Lepi tñ primū diligenter inquirere q̄: quales: cui  
usq̄s cōditionis hoies paulo ante in hac celeberrima con  
tione orauissent. Tum qz ut cū pusillanimitatē lanuginē  
et ignauā meā. eoz audacie etati et scientie obijcerem. an  
id oneris assumendū esset nec ne ex tanta inter nos dispa  
ritate altiore trutina deliberarē. Tū qz mihi ( cui tā grana  
dis labor longe alienus erat ) in primis opep̄ciū fuit ut et  
quale dicendi argumentū huic loco satis accomodate cō  
ueniret: ex eis intelligerē: et de eo quo ipi ante me primion  
res vsi fuissent ( quoad fieri posset ) sup̄federem. Tūc em̄  
auditoribz vobis nauseā videbimur auscultādi detraxisse.  
et loquuturo mihi rectā imitationis viā inuenisse: cū que  
prius hic recensita fuisse didicerim? nequaq̄s insulsa rusti  
citate et p̄ impericiā repetemus. Tūqz priores hui⁹ sacre  
synodi cōcionatores p̄ virili nra et quantū necesse est imi  
taremur. ¶ Clerū decreuimus ex vna pte et forsan cōtoze  
ab eis ( cū venia tamē vra ) discrepare. Qua uel singuli vel  
saltē pars eoz maior: totā fere: aut magnā sermonis pte  
honesto ( ut alit ) furto: nō ex euāgelico q̄ christus est: sed  
alio quodā doctore ( nescio quo ) surripiūt: eā sibi vendi  
cāt: et tanq̄s sua inuenta sint: palā afferūt et exponūt. qd̄  
licet forsitan nō om̄i quoq̄ vicio dandū sit: in eo tñ ( mea  
opinio ) tucius agerent si euāgelicis potissimū inniterē  
tur scripturis. si que iesus docuit et ipsi docerent: si christi  
dogmata que satis copiosa sunt: satis plana sunt: satis ar  
dua sunt maxime lectu: auditu: quin et repetitu dignissi  
A ij



ma sūt euoluerēt: masticarēt. exponerēt. Sic em̄ latissimū  
tā plebi q̄ clero p̄dicādi campū inuenirēt. sic suis inutilibz  
fabulis apocriphis inuētis: quotidianis q̄s solas et scūit  
et faciūt obiurgacōibz abstinere. Sic nō inter p̄dicant  
dum rephensuri: cū ridiculo grāmaticū istū alexandrū al  
legarent. Non sic formantur ter quinqz sed excipiantur.  
¶ Ego itaqz huic eoz op̄inioni et facto nō om̄imode cō  
sentiens cōsulcius esse putauī: si sacerdotibus sermonē (lī  
cet incultū) facturū ex summi sacerdotis christi iesu p̄bo  
et p̄dicatione cōmissum mihi officiū absoluerem. Cū em̄  
future q̄s spero p̄dicacōnis mee nūc sum apud clarissimos  
viros inuicū vtinā faustū sumpturus nō videbor aptiorem  
loquendi magistrū et directorē delegisse quā eū qui nō mo  
do magister est z dñs. sed et ip̄a etiā via veritas et vita. qui  
illuminat omnē hominē venientē in hūc mundū: de cui⁹  
plenitudine et doctrina om̄es accepimus: cui⁹ deniqz sermo  
gladio ancipiti penetrabilior est. Nūc in tota oracōne  
mea capitalem habebō dñm ducē et auctorē. eius potissimū  
mū vt ar p̄suadendi locis et generibus. illius satyras huic  
loco magis cōsentaneas afferre placuit. Uerum id nō eo  
animo facturū me putate velut doctissimoz sanctissimoz  
rūqz patrū sacre theologie aut canonis interpretū egregia  
scripta paruifecerim: et tanqz vtilissima illoz additamēta  
minime in lucē esse diuulgāda crediderim. quipotius ut ex  
ip̄o autore n̄ro christo iesu p̄ceptore oīm optimo maximo:  
maior oracōni n̄re habeatur fides z auctoritas. vt vberiorē  
fortia in auditoribz p̄fectū: vt deniqz ad cordis n̄ri viscē  
ra int̄ius ptineat. Sicut em̄ monachus q̄ a sue religionis  
docto monacho cōgesta sunt libentius familiaris et  
gloriosus: accipit magnipendit et admirat. Ita quoqz se  
cularis p̄sbyter. maiori ut credo affectione verba suscipiet  
capitis sui christi iesu: q̄ nō fuit monachus qd̄ est vni⁹ aīe  
custos. sed oīm salus aīaz: et sacerdos vulgaris secundū  
ordinē melchisedech. ¶ Tuū aut̄ erit optia concio primū  
sicut solita es benignis auribz: equo aīo et mitiore cēsura  
adesse et fauere. Deinde p̄nanciscenda dicendi grā pudia



cliffime virginis marie thalamū hoc fap̄phico carmie meci  
adire. **D**ita que primi sine labepatris. Sancta vixisti:  
superosq; sancta. Ad choros sumpta es: tibi dico supplex  
**E**x euāgelico igitur cōtextu ( **A**ue maria.  
oraturō mibi primū incidit qualia hoīm genera maiorē  
ante alios rephensione sint a dño nro saluatore notata.  
**I**d dū studiosus p̄quirere conabar duo potissime inuēta  
sunt. scribe: et pharisei hypocrite: quos licet in plerisq; to  
cuis euāgelij passibus. acerrime tamen et magis a p̄pro  
priate in capite matthei tercio ⁊ vigesimo grauissimis qui  
busdā maledictionibz christus ip̄c notat. p̄sequit. rephēn  
dit. Ideoq; decreuim⁹ in p̄fato matthei capite oīm fere di  
cendoz a nobis pedē ac fundamentū collocare. **A**p̄pare  
bat em̄ nullū christi sermonē sacerdotū moribz rephēnden  
dis magis esse correspondētē cū in eo hec duo hoīm ge  
nera et que frequētant p̄ccā aptissime tangūtur in quibz  
p̄sens ecclesiasticarū p̄sonaz status potissimū continetur.  
**P**rimū em̄ sub sp̄ualū noīe censent hodie sanctissimi  
dñi pape cardinaliū et ip̄oz q̄ apud nos sunt ep̄oz. **C**an  
cellarij. p̄thonotarij. secretarij. notarij. substituti. quibz con  
herent. iudices. aduocati. procuratores. syndici. fiscales.  
**Q**uos omnes recte crediderim scribas a p̄pellatos. et toto  
fere euāgelio sub scribarū noīe a christo iesu fuisse rephēn  
sos. Qui si adhuc in humana ut olim natura corporaliter  
et seip̄o p̄dicaret nemo dubitet quin eos ip̄os scribas sup  
innumeris corrasionibus ( quas sciente episcopo nec ta  
men emendāte quotidie et quidē iniustissime faciūt ) acer  
bissime accusaret. corrigeret. et puniendos denunciaret.  
**E**st p̄terea alterū genus hominū quos ab autore nostro  
phariseos hypocritas nominamus in quos principaliter  
nō tamen sine p̄fatis scribis sese accingit oratio nostra.  
**P**hariseus autē ( si vocabuloz interpretationi creden  
dum sit ) is cōuenienter a p̄pellabitur q̄ est habitu et reli  
gione a ceteris maxime secretus atq; diuisus. quales sunt  
apud nos omnes in capite rasi: longiori amictu vestiti sa  
**A** iij



cerdotes et professione fratres atq; monachi. ¶ De quo  
rum omniū tā seculariū p̄sbyteroz q̄ religiosoz numero  
licet pars magna castigacōne corporis ieiunio: et cōtempla  
tione sibiip̄is. exemplo et p̄dicatione proximis. vtrisq; aūt  
oracōne et missarū sacrificio vehementer profint: et multi  
torū saluti intendāt. cuius occasione optimi pharisei iusto  
honestoq; vocabulo possent appellari. Reliqua tamē que  
numerosior est portio adeo in se lasciujs gaudet et volup  
tatibus: adeo scandalū proximo infert et occasionē ruine:  
adeo detestabilissima sua cōuersatione et sibi et proximo  
parat iter ad infernū. vt quā forinsecus p̄sferet honestatē  
pessimis suis moribz et falsa simulacōe mentiatur. Unde  
fit ut hi qui n̄a sunt tempestate sacerdotes et monachi:  
dum puerse viuūt: dum sua vita neq; habitui neq; p̄fessio  
ni responder: merito sub noīe phariseoz hypocritarū ve  
nient et a nobis nominādi et obiurgacōnibus a christo  
factis rephendendi. In eo itaq; sermo noster totus occu  
pabitur ut et pprietates illas primū et deinde maledictio  
nes: quas olim vere et ad litterā phariseis hypocritis sal  
uator noster obiecit. Hos in seculi n̄i presbyteros phari  
seorum hypocritarū noīe designatos non minus vere q̄  
allegorice retorqueamus Cui quidē applicacōni cū v̄ros  
si non ora ⁊ voces: at saltem aīos fecerimus cōsentientes:  
tūc demū credito nobis officio. sperabimus pro iuuenta  
nostra satisfecisse. ¶ Detestandas itaq; phariseoz hypo  
citarū condiciones saluator p̄sequutus principio. sup  
cathedram ( inquit ) moysi sederūt scribe et pharisei. Dia  
igitur quecūq; dixerint vobis seruate et facite. dicūt enim  
et non faciūt. Respicit prima fronte hec particula: quosli  
bet fere diuini verbi cōcionatores et animarū curatos. q̄  
licet sedeant sup cathedram moysi qd̄ est in honore et sub  
limitate officij p̄dicationis et plebanatus: eam quidē que  
est ex tradicōe moysi legem docent et dicūt. sed ( qd̄ hypo  
citarum est ) nequaq; faciūt. Palam em̄ qd̄ dicant inter  
p̄dicandū p̄cipimus: in christū debere nos firmiter crede



re: spem omnem in dñm collocare: deum ex toto mentis  
affectu propter se: et proximū ppter deū diligere: Recte  
id quidem. Sed quid faciant: hi qui familiariter eis co-  
habitāt (o vrinā soli illi) et vident et audiūt. Nam ex ope-  
ribus suis eorū fidem agnoscimus: ex immenso haben-  
di desiderio spem suā intelligimus: ex voluptatibus lasci-  
uo aspectu et gradientibus circa focum pueris amorem  
experimur. Illi ergo dicūt: sed non faciūt. ¶ At multo  
rigorosius tangit ista quā diximus clausula altioris stan-  
tus homines. Episcopos: quarūcūq; dignitatū p̄latos:  
et omniū ecclesiarū canonicos, qui cū ob pontificatus:  
p̄lationis: aut canonicatus sui honorem sedent in cathē-  
dra moysi: vnde uel ex proprio officio, uel ex ecclesia que  
incorporatā sibi curam habet animarū: pastores sunt: et  
pastorum nomine aut saltem fructibus gaudent. Quis  
rei gratia deberent ipi non solum facere: sed et facere et  
p̄dicare: quoz tamen nihil ex eis videm⁹. Nam vbi sunt  
obsecro pontifices qui (quod proprium est eoz officiū)  
diuinis ipi insistent sermonibus: vbi pastores q̄ ouibus  
suis fidei rudimenta et sacrā ipi doctrinā interpretantur:  
Ubi ecclesie collegiate pastorias sibi ingurgitantes curā  
habent, quatenus populus bene instituat: pro quo ta-  
men omnes illi nō lanā modo: sed et carnes et ossa de pe-  
coribus suis auferunt: de manu eoz qui pondus diei et  
estus portant eripiūt: et in sola vanitate et luxu cōsumūt.  
Nō si forte ad hec ut solent respondeant habere se pleba-  
nos quoz cure et sollicitudini res ista credita sit et inte-  
gre cōmissa, videant si non sophistica sit illa solutio et sui  
ipius accusatoria. Nam si plebano tuo in sacris l̄ris qđ  
per rarū est longe fueris peritor, quare precor non p̄prio  
dogmate arida populi tui prata irrigas: et vberiora sitien-  
ti plebi tue pocula suggeris: qui fructus ex ea copiosio-  
res decerpis. ¶ Si vero is q̄ in regenda parrochia vi-  
ces tuas obtinet sicut frequētatissimū est multo te doctior  
fuerit et preessendi magis accomodatus: apud teipsum



rogo: et in cōscientie tue secreto diiudica vter vestrū magis digne pastor esse debeat: tu ne qui ignarus es: an ipse optime eruditus: pfecto si rationi recte (sicut equus rerū estimator) iudiciū tribueris: nō tibi sed illi pastoziam ad iudicabis. Unde accidit ut nō modo sis phariseus hypocrita sicut p̄dicatores et simplices curati: sed etiam multo eis peior et infelicioz: illi em̄ si non faciūt: dicunt tamen. Tu vero (qđ tamē ex officio tuū est) neq; dicis neq; facis.

**¶** Sequitur. Alligant onera grauiā et importabilia et imponūt in humeros hominū: digito autē suo nolunt ea mouere. Tales sunt etate nostra prelati ferme omnes officii et fiscales. qui in subiectū sibi clerū si quādo ex infirmitate (et in paruo quidē) ceciderit: amari sunt eius delictoz iudices: grauiissima eū censura afficiūt: in eos instar tyrannoz seuiūt: questui et lucro (nō emendationi) inhiant. Ip̄i vero nō huic modo qđ in subdito psequūtur sed multo enozmioribus sunt illaqueati sceleribz.

**¶** Nec mouet eos humana fragilitas: non cogitāt eos qui peccauerūt hoīes esse: nulla est in eis cōdolendi patientia. Nō reuocant ad memoriā quales ip̄i in eodem vicio vel hodie sint. vel paulo ante fuerint. aut forsan futuri sint. Nō p̄cedit correctionē eoz misericordia: sed vel odiū vel habendū desiderū. Non sic iudices. nō sic vicarij. Non sic fiscales. non sic. Oportet em̄ bonū presidem in his que secundū se ip̄m sunt grauem esse iudicē: in subiectis autē mansuetū. Oportet ut primo cum diligentia que tua sunt ppendas. et tunc demū recte que proximi sunt discuties. quod nisi feceris dñicam hanc alio in loco descriptam cōtumeliam infallibiliter senties. Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo et videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.

**¶** Alligant etiā onera grauiā et importabilia qui nimis graue satisfactionis pondus ad penitentiam venientibus imponūt. quo fit vt dū pena p̄sens fugitur necessario futura cōremnatur. Sicut em̄ si sarcinā sup humeros adolescentis quā baiulare non potest posueris. aut sarcinam



reijdat. aut pondere confringatur necesse est. Sic et homini cui graue penitentie pondus imponis: necesse est ut aut penitentiã reijciat: aut eam suscipiens dũ sufferre nõ potest scandalizatus amplius peccet. Quod si erraueris modicam penitentiã imponendo: nonne melius est ppter misericordiã reddere rationẽ: quam ppter crudelitatem? Solet in hac materia illud afferri Ubi paterfamilias largus est: dispensator non debet esse tenax. Si deus benignus est: ut quid sacerdos eius austerus? Hypocrita vis apparere sanctus? Esto circa vitã tuã austerus: circa aliorum benignus. Audiãt te hoies parua mandantẽ et grauiã facientẽ: alijs facile indulgeas a teipso duriora exigas. Te ipsum onere grauabis et ceteros ab eo releuabis.

**O**mnia opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Dilatant enim philateria sua et magnificant fimbrias. Tametsi generalis ista hypocritarum periphrasis et descriptio religiosos q̄ uel obseruantia p̄fitentur potius q̄ sacerdotes arguat seculares: cum monachi plerũq̄ omnẽ suã simulacõne corrum̄pant sanctitatem: ad quã in primis positi sunt edificandã. Dilatant uerba sua de p̄rijs obseruantijs quasi philateria q̄d est cõseruatoria salutis ea populo assidue predicantes. Fimbrias etiã suas: quĩmmo fimbriarũ cucullas plicarũ multitudine tanquã organa magnificant. Presbyteri autẽ seculares ut pauloante meminimus: aut neq̄ dicunt neq̄ faciunt. Aut si dicant nulla tamen opa faciunt: ut uel a deo uel hominibus videantur. Sunt tamen ex eis licet forsan pauci: qui licet tanq̄ symearam venatores calcios deserãt ex anteriori parte obtusos: licet capita sua multo panno uelut examen apum ingressuri circũcingant. Licet tanquã fratres cõuersi capillos habeãt: ad aures vsq̄ patentes decisos. Licet benignarũ secte et monopolio aut ut fratres aut ut p̄sidetes intersint et que probitatẽ pollicentur mulierculis se associant. Hec tamen omnia faciunt ut ab hominibus videantur. non minus tamen sub castitatis et continentie (quã



extrinsecus p̄tendūt ) simulatione foedissimos ( qđ cū venia vestra dixerim ) beguttarū suarū amplexus: quotidiana bacchi cererisq; castrimargia danculo p̄sequūt. Sūt igitur ex ea parte cōi clero deteriores qui cū reliqui palā et in rebus mundanis ip̄i secreto in rebus diuinis et qđ scelestissimū est: sub specie humilitatis iactantiā querunt: eo animabus suis periculosiorē. quo sub nomie seruitutis dei et se et alios decipiūt. Qui em̄ immoderato cultu corporis et vestitus ceterarūq; rerum nitore fulget: is facile cōuincitur rebus ip̄is pomparū seculi esse sectator. Nec quenq; dolose sanctitatis imagine fallit. Qui vero in professione honestatis ampullosis tonicis: decurtata coma: demisso in terrā tristi vultu: et fictis ex corde suspirijs: intentos in se hoim oculos facit. is non modo qz superbit: sed quia de humilitate superbit: nequissimus est iudicandus: et pena grauissima dignus. recepit em̄ quā desiderat mercedem suā. Qđ aut̄ deinde subiūgit in supradicto loco dñs. Amant primos accubitus in cenis: et primas cathedras in synagogis. et salutacōnes in foro. Non vix debatur multo labore necessariū vt ab his quibz ad lram loquutus est dñs pharisais hypocritis nostre etatis clero facili interpretatione accomodaretur. Nam tanta est dñoz nr̄oz incredibilis arrogantia. ut non in cenis modo ( qđ tolerabile esset siquādo inter se aut cū magnatibus prauisuri cōueniūt ) verū etiā ( qđ deterius est ) in ecclesia dei in capitulo et vbiq; licet doctrina et pbitate expertes sint et ignari. semp tamen in honore et admiracōne cupiunt esse primi. Primas amant salutacōnes in foro: nō solum in tpe: ut primū ip̄is salutandi deferatur officiū: verū ut et flexis ceruicibz in publico eis incuruemur: et magno verborū apparatus salutem eoz excipiamus: et ( ut planior sim ) quotquot sunt vniversi tanquā pontifices essent reuerendi quūmmo et gratiosi appellari volūt. Uach quāta statuū deordinatio: quāta hoim iniquitas: quāta in deū blasphemia: ut que solius dei est gratiā hominibus face



re aut prestare se credāt: cuius tamen si vel mare fuissent  
nec minimā quidē guttam vnquā recepissent. Et o vtrā  
folas amarent salutacōnes in foro: si non multi ex eis su  
mul in foro et in ipis quoq; salutacōibz magno desiderio  
quererent iurgia et lites: in quibz ad multa folia libellos  
ptendūt: terminos multiplicāt: causas iterū atz iterū suspē  
dūt: in finē: vt de ipaz lucro splendidas sibi domos edī  
ficent: ut plurima supellectile glorientur: vt argentea sibi  
vasa cōparent: vt camiseis ( quas ipi tunicas nomināt )  
multis et diuersi coloribus abundēt. vt deniq; ( qđ infalli  
biliter sequit ) planā sibi ad inferna viā et pparent z inuen  
niāt. ¶ Hec optimi patres de nřoz hypocritarū q̄ sacern  
dotes sunt condicōibz satis dixisse iuuaret: nisi forsitan  
eā que sola nūc supest particulā aliq; vřm nobis obijce  
ret. scq; et magnā sortis sue ptē ab eius obiurgacōe cōten  
deret esse prozsus immunem. Cū em̄ saluator post supra  
dicta dixisset. et amāt ab hoibz vocari rabi. Holo inquiet  
( que admodū pleriq; faciūt qui licet gymnasiū vniuersale  
nunquā sint ingressi ob vile tñ quoddā officiū magistros  
se appellari patiūt et glorient ) Holo inquā magisterij in  
ptibus ( sic em̄ irridentes loquūtur ) sterilem mibi titulū  
vendicare. Sed o rigidū mādatorz christi obseruatozem.  
D facitū consilioz eius imitatorē: q̄ verbis in supicie se  
obsequi cōtendit: rem autē et intellectū negligit. Nā ma  
gisterij nomen nō p̄textu hūilitatis a se reijciūt et in alijs  
stoccifaciūt: sed ut sub huiusce defectu noīs et suā quoq;  
possent aliquaten<sup>9</sup> ignauā occultare. Christus autē ma  
gistros vocari phibuit: ne qđ deo debetur nobis p̄suman  
mus: neue diuinū nobis honorē vsurpemus. Porro ( si  
hieronymo credimus ) Aliud est esse natura patrē. aliud  
indulgētia: cū em̄ ( ut fit in religionibz ) p̄latū patrē voca  
mus. honorē etati deferimus: nō autozē nře ostendimus  
vite. sic ex veri cōsorcio mgrī: z recta docēdi imitacōe: sicut  
paulū doctozē gētū: ita reliquos honestissime mgrōs ap  
pellam<sup>9</sup>. Nūc p̄o tādē de pprietatibz satis dixisse me velim.



**C** Deinceps autem orationis nostre postremum succincta quadam breuitate tribus potioribus innotabitur male dictionibus quas legifer noster christus tum ex peccato quo se dignos prebuerat tum ipsius discipline causa in hypocritas pronunciauit. **C**le (inquit primo) vobis scribe et pharisei hypocrite quia clauditis regnum celorum ante homines vos enim non intratis nec finitis introeuntes intrare. **H**ic regnum celorum scripturas sacras quibus ipsum insitum est accipimus. **J**anuam: earum intellectus. **C**lauem verbum scientie scripturarum per quam aperitur hominibus ianua veritatis. **A**peritionem: veram eius aperitionem. **C**lauicularios autem sacerdotes quibus creditum est verbum docendi et interpretandi scripturas. **C** Nonne igitur sacerdotes nostri ante homines claudunt regnum celorum: cum sacram eis scripturam non interpretantur. sed quomodo interpretantur: cum eas nesciant: et quomodo eas scient: dum illis nunquam dederint operam intelligendis. **V**idemus enim hodie omnium fere ingenia his solum humanis inuentionibus vacare que ad nutum hominis labant: mutantur: delentur: violantur. quibus que student id plerumque solum cogitant ut fragilem sibi questum parent. **A**stu ceteros vincant lites interminabiles reddant: scripta queuis ad suum ingenium referant et retorqueant: magnos honores ascendant. unde demum profundius ad inferos dimergantur. **P**reterea ve vobis scribe et pharisei que decimatis mentam: anetum et cyminum: et reliquistis que grauiora sunt legis iudicium misericordiam et fidem. **Q**uia in lege preceperat dominus omnium rerum in templo decimas offerri: ut cum sacerdotes populo in spiritualibus obsequerentur vicissim eis populus temporalia subministraret. et id quidem propter alimoniam sacerdotum et leuitarum quorum pars erat dominus. **S**eruare autem in negocijs disceptandis iusticiam: facere proximo misericordiam: et habere in deum integram fidem mandauit deus ad honorem et gloriam eius. **I**taque ut intellectus mysticos dimittamus pharisei auaricia pleni hoc habebant studij. ut si que decimas alicuius rei vel mis-




nime nõ obtulisset grauius eũ corripere quasi magnũ al-  
quod crimen comisset. Si q̄s autẽ uel alterũ lesisset uel  
in deum peccasset nulla erat eis correptionis sollicitudo.  
De lucro suo fuerũt a prime solliciti: de gloria dei ac sa-  
lute hoim negligentes. ¶ Fecerũt hec olim pharisei hypo-  
cite, sed q̄d nostri faciant hypocrite non attinet dicere. in-  
p̄patulo est qz omnes de honore suo sunt studiosissimi. de  
honore autẽ dei nulli aut certe paucissimi. Porcõnes suas  
vigilanter defendũt, sed circa obsequiũ ecclesie curã impen-  
dere nõ attendũt. Si p̄lus decimas nõ obtulerit murmu-  
rãt om̄es. Si peccantẽ populũ uiderint murmurat nemo.  
¶ Ue postremo uobis scribe et pharisei hypocrite q̄ edifi-  
catis sepulchra p̄phetarũ et ornatis monumenta iustorũ.  
¶ Nouet ut arbitror nõnullos cur q̄d omniũ iudicio lau-  
dabile existimatur: hic a dño rephenditur, uidetur em̄ nõ  
satis racõnabiliter cominari aduersus eos qui p̄phetarũ  
sepulchra edificare et iustoz monumenta ornare nitũtur.  
¶ Sed cõsiderandũ nobis est qz nõ eos inculcat quoniã se-  
pulchra edificant, sed ut illoz qua edificabant intentioni  
detrahat cũ non ad p̄phetarũ q̄ occisi fuerãt honorẽ, sed  
in pompã et diurnã sibi edificauerũt memoriã. Dicebãt  
em̄ intra se si benefecerimus pauperi nõ multi uident, nõ  
succedet phennis actoz recordatio, nõne ergo melius edifi-  
cacia facimus: que om̄es aspiciũt: et que nõ solũ hoc quo  
uiuimus tempore nro: sed ad omnẽ sunt pmansura poste-  
ritatem: ecce phariseorum hypocritarũ iusta rephensio.  
¶ Uideamus autẽ q̄d intra se dicant hypocrite nri, immo  
quid palã et ex sententia faciãt, si quãdo forte fortuna eco-  
clesias siue capellas aut nouas cõstruũt, aut ruinã minan-  
tes erigũt: si in templo tapetas appendũt, si fenestras insti-  
tuũt, si casulas aut reliqua diuini officij ornamenta cõtri-  
buũt, si altari tabulas affigũt, si missalia cõscribi aut impri-  
mi faciũt. Nõne inquã noia sua titulos suos et arma sua,  
curant studiose, incidi, celari, depingi, et ut dici solet fatu-  
tatem, pompã z arrogantia suã, publice pbent in scriptis?  
Errat p̄fecto quisq̄s putat omnipotenti deo, intemerate




virgini aut culcūq; afficitur patrono. obsequiū se p̄stare. si  
eis honorē ex his pecunijs afferre molitur. in quib; pau-  
peres plorat. Errat p̄fecto q̄ p̄teritoꝝ voluerit esse cultoz  
sanctoꝝ. p̄sentū autē cōtemp̄toꝝ. o p̄pressoꝝ et p̄sequutoꝝ.  
Errat p̄fecto et vehementer errat. q̄ multis sumptibus et  
p̄ciosissimis expensis. nescio si dicā aliquādo inutilib; va-  
nis. et deo displicitis. templū materiale ⁊ mortuū edificat.  
aut instaurat. viuū autē templū et spiritus sancti habitacu-  
lū. in infinitis quos ante oculos videt pauperib;. immo in  
seip̄o propter peccatū pauperrimo. paruit facit. negligit. et  
aspnatur. ¶ Sed q̄d inter hec narrandū apud se cogis-  
tāt n̄ri ex hoc peccato hypocrite. qui dū adhuc in huma-  
nis sunt vel paulo post mortem p̄ executores in sacellis. in  
ambitu. aut reliquo cimiterio. Non p̄phetaz. non iustoꝝ  
sed sibi ip̄i scelestissimis peccatoribus faciunt edificare sep-  
ulchra. incidi in lapides armorū suoꝝ monumēta. cela-  
ri in eis aut prosa aut metro splēdida. sed nugis plena epi-  
thapha. Depingi et affigi tabulas in quibus ad modum  
orantis depicta p̄sone sue effigies puolutis in terrā geni-  
bus et sup̄ p̄lice manu alicuiꝝ sanctoꝝ imaginē nescio q̄d  
et frustra quidē obsecrādo p̄catur. O insipientes. o vani  
hoies q̄d vobis p̄dest post mortē ista memoria: si vbi nō  
estis laudamini: vbi vero estis eterno sup̄ p̄licio torquemini.  
¶ Ne autē credant paternitates v̄re p̄iam eoꝝ. p̄ diuino  
cultu volūtātē oracōne n̄ra penitus vel exterminandā vel  
remittendā. Ideoꝝ opeꝝ cū est. ut breue illud cōsideremꝝ  
in hac causa discrimen. Nā si iuxta alia opa bona fecerit  
homo edificia sancta additamentū est bonis. Si vero ad  
iactantiā aut sine operibus bonis: passio est glorie secula-  
ris. in qua quidē ⁊ simili distinctione. hec hypocritarū ma-  
ledicta ⁊ p̄prietates a me dictas ⁊ clero n̄ro applicatas esse  
credite: bono intellectu suscipite: benigna interpretatione  
animis v̄ris insigite. et cū vniuersali ecclesia hāc singula-  
riter spirensem: et eius antistitem dignissimū. vna cū ex illi  
p̄sona mea: commendatū habete. Dicit.
































Orat

38